

Neg. n. laxatio illa intelligenda est, nisi de capitibus
controversis, quae nisi illi prius prodant, impudenter
perfecti laxationem à tota catechesi et confessione,
postulant. Haec mihi frater, ad tuas ego meam manu
ut Dominus dedit. Vereor ne interim actum ab illis
sit ulterius, et ego serò hinc mea ad vos. Sed mox
causam audivisti, et non opus est admodum meo con-
silio vobis, quos scis in Domino prudenter et fortiter
causam communem agere posse. Quod ut porro facia-
tis, et vos oro et Deum, ut de vobis et de re
toto pectore invoco. Vale et saluta fratres. Hei-
delbergae. 16. Octobris 1607.

80.

Illustrissimo ac Potentissimo Principi
D. Mauritio, Hassiae Landgravi,
Cathacelibus comum, Deiciorum, &c.,
gentem et Nida Comiti: Do-
mino suo Clementissimo
Gratia et benedictio à Deo Domino nostro!
Illustrissime ac Potentissime Princeps, Domine Cle-
mentissime; quod Commentarius meus in Hoseam
Propheetae Celsitudini tuae non displicuit, mihi quae-
dam deo: quae placuit Ecclesiae, gratulor, quod et munifi-
centiae tuae simbolo (quod D. Vultejus antiquus me-
us ad me misit) visus est non indignus, de gratia
non tam verbis agenda Celsitudini tuae, quam factis
referenda, gratia memorisq; mente cogitanda mi-
hi videtur. Qui referam verò, nisi Celsitudinis tuae
dignitatem omni studio officioq; meo subjectissime
semper colam, meisq; assidue precibus Deum Opt:
Max. felicitem, quae eandem cum Illustrissima fami-
lia Hassiae, nec non Universa Republica, Ecclesia et A-
cademia, cujus Theologicas Scholas non modo ve-
rem respicere, sed et novum acquirere nitorem.

127

amplius, quam datur, et qui ejus negotium impudentes
gerunt, trinuici velint, ex eodem D. Valerio libens cogno-
scit, hanc sorsilem florentem, eam servet. Vides autem
Princeps Clementissime, infelix illud evangelicarum
Germaniae Ecclesiarum schisma, quod ut Dominum Deum
nostrum, qui charitatem et pacem suis commendavit,
non potest non gravissime offendere; ita Antichristum
Romanum impense debet, et e re his maxime: Ecclesiis
vero, et rebus et posteritati Evangelicorum tandem
exitiale futurum est, nisi providerint. Utinam vel
conspicuum vel spem illud videre queam, ante
quam moriar! quod unum à Deo meo huc urgente
etate meâ suppliciter indies contendo. Res ardua, se-
pius frustra tentata: sed nequaquam desperanda.
Theologorum quidem polemica scripta et colloquia
parum habere profuisse; imò et eum ramino videntur
fuisse: non rei, sed hominum pugnaciam culpa. Tota
igitur hac cura deinceps divinis Principibus Ecclesiarum
Evangelicarum paternis videtur relicta, atque
adeo ex officio commendata, et necessaria futura,
ut utriusque tandem curent, cujasmodi sint illa dissi-
dia omnia, quae Evangelicos tandem fatigant, et Pa-
pistis ridiculo exponunt: sintne ea quantum ad re-
tensionem de fidei Catholicae, hoc est, ejus, quae universis ad
salutem fidei creditur, necessaria, articulos, quos fun-
damentum vocamus: An potius de scientiis Theologicis
quibusdam capitulis, ut quod alii credunt, alii non cre-
dunt manducationem ealem, communicationem vili-
matum ealem, et omnipotentiam, praedestinationem
absolutam vel conditionatam &c: quae ad salutem
per se neque scientibus profunt, neque ignorantibus no-
ceant: quantum vero ad talem usum, sintne ea talia,
quae pietatem et tolerantiam inter consentientes

in fundamento admittere possint, donec deus puer
errans, ut quid alii frangerent puerum, statuas ten-
lent, deialogum suam recitant &c. alii non ita.
Digna res ista, cui scorsim tractanda et status
debetur apitanda singuli Principes binos vel singu-
los Politicos et Theologos eruditos, prudentes
et industrios viros deputent, qui vel concordie
vel Sinceritatis conciliandi consilia vobis citro-
agitant, tantisper dum vel ad conventionem rati-
onalem, vel ad Synodum generalem Ecclesiarum
Evangelicarum res perducantur. Quod quidem gra-
vissimum sanctissimumque negotium Deus Opt. Max.
Tua cum primis Celsitudini exemplo tui et pueri
fidelissima morum Principum seu tertis coman-
dum seu tandem perficiendum reservasse omnino vide-
tur. Laborat in hoc ipse illustrissimus noster Ele-
ctor jam diu: et hactenus peracta res est, ut Neo-
burgici Theologi sacis collocuturientes sua ad Aca-
demiam veniant: quorum adhuc desideratur responsum.
sed quid si nos duos vel tres concordare contingeret alii
tota actione teneri non velent? Submissè peto,
Illustrissime Princeps, Celsitudo tua in tam sanctam
necessariamque curam cum aliis Principibus viris
condescendere potis etiam ne gravetur meam ve-
ni hanc subjectionem in optimam partem clemen-
tissime accipiat, ita enim Deum tandem Ecclesie
sue miseretur, piisque desideris bonorum atque con-
siliis benedictorum esse prorsus confido. Meorum
quidem partem laborem (si quis fuerit) pro tenui-
tate mea nullam unquam defugiam: quod et reliquos
Theologos quotque veritatem et pacem diligunt, factu-
res spero, Deum toto pectore invoco, ut C. T. gubernati-
oni et incoluntati gratiosè semper adsit, et cum illa
se benedict. Heidelbergæ 7. Cal. Febr. 1667.